

etiam oro. si quid durias dictum videbitur, adversariis prope-
to pudori tribuas velim, qui nihil satis durum, quod in Ecce-
sias nostras esutiret, hactenus invenit. Feliciter vale, Generose
Baro, D. Jesu Te et universam Illustrum Perotimorum fa-
miliam Ecclesia tua in Moravia dia incolumen servet. He-
delberga ex Collegio Sapientia 6. Nonas Maji. Anno 1589.

110)

D. Bartholomaeo Pitisco, Aula Archi-Palatina

Concionatori

Sal. Ignosce, quod non illico respondi: quia promissum negotia
quodam interceperunt. Etsi non satis intelligam, quid precipue
vobis sit in questione de parabola vinea et operariorum: ta-
men paucis sententiam meam explicabo: de paradoxo Christi:
Multi autem primi erunt ultimi, et ultimi primi. de scopo
item parabola et de circumstantiis. Paradoxum voco: quia tale
videbatur discipulis ad preposteram hanc ordinis inversionem
haud dubie stupentibus: primos fore ultimos, et ultimos primos.
Pertinere vero illud ad precedentem Christi orationem, scopo
inducat. Itaque non accipio, ut novam concionem de primorum
et ultimorum, hoc est: Petrum, Prophetarum et Apostolorum

de verbis Domini
serm: 59.

aequalitate in premiis: quae Augustini fuit sententia: neque ut
Prophetiam comminationem de Judaeorum abiectione, quasi
nimirum Dominus nihil respiciens ad Petri illam querelam
Ecce nos deseruimus omnia etc. oraculum edat, fore, ut Judaei
de capite vertantur in caudam, et gentes de cauda mutantur
in caput, quod Hieronymus est interpretatus: quanquam interim
non negem, implicite etiam Pharisaeorum factum perstringi,
et Judaicae gentis abiectionem, gentiumque vocationem notari, ut
supra Cap: VIII. Multi venient ab oriente, et accumbent: filii
autem regni ejicientur etc. Chrysostomus et Origenes recte con-
nectunt cum precedente concione de premiis: sed non eodem
sensu. Ille sic partim sententiam videtur, ut priorem partem (primi
erunt

159

erunt ultimi. / Judaeis quasi abjectionis comminationem accom-
modet: posteriorem / ultimi erunt primi / solam ad discipulos
refert: quasi hos consoletur Dominus, ne existiment, quia de re-
pita demum state delecti essent, minus se habitaros esse. Hic In Matth. hom. 9.
rectius ad discipulos totam refert, partim ut commonefactionem,
ne gloriantur in eo, quod ~~Christianitatis dogmata novissime recepe-~~
~~rant~~ videantur priores: partim ut consolationem, ne pusilla-
nimes fiant, quasi minus aliquid prioribus possidentes pro eo, quod
Christianitatis dogmata novissime receperunt. Haec Origenis in-
terpretatio maxime placeat, nisi in vocabulis / primi, ultimi /
homonymiam meo iudicio non necessariam et alienam a scopo
poneret. In prioribus n. parte intelligit primos et ultimos con-
ditione, in posteriore, ultimos et primos tempore.
Ego vero existimo, absq. homonymia utrobique idem significare
primos et ultimos: non sane tempore. / sic n. staret opinio
falsa et in sanctos patres injuria primis vocatos ultimo co-
ronandos, vel etiam plane abiciendos: sed conditione seu
vera seu apparente. Primi n. vocantur, qui vel sunt vel
esse videntur primarii in regno Dei; sic interpretari nos
cogit oratio Christi, quae non modo consolatoria, sed et
paranetica est ad querelam Petri accommodata. Erat enim
in Petri querela: Ece nos reliquimus omnia et secuti
sunt te: quid ergo erit nobis? non modo significatio quaedam
impatientia ac huius suscepta provincia; sed et species hu-
moris et jactantia, conjuncta cum nescio, quantum
meritorum opinione, et intempestiva postulatione, trium-
phi ante victoriam. Utraque remedium posebat. Impatientia igitur
Dominus medetur promissione futurae gloriae: jactantiam

fruat sententiã paradoxã, Multi primi erant ultimi et ul-
timi primi: cuius hanc dubie hanc sensus est: Sanè, si rectè esti-
matis fortunam vestram, primi vos estis, sed facessat illud
vestrum: Omnia reliquimus, secuti te sumus etc. Quasi verò hæc
jactura vestra, hæc obedientia vestra vobis Deum obnoxium fa-
ciat: pergite deserere omnia, pergite me sequi: sed absit su-
perbia et meritorum præfidentia, que profectò vos ex primis
ultimos faceret: contra sit in vobis modestia et humilitas
coram deo, que vos etiam ex ultimis et abjectissimis pri-
mos efficiet. Multi n. primi, hoc est, qui vel videntur primi
et sanctuli, cum non sint, vel sunt quidem, et sanè vos estis,
sed conditione et bonis suis superbiunt: erunt ultimi, hoc est,
abjectissimi et nulla habentes aut jactantes merita, erunt
primi, hoc est, deo accepti etc. Sic prior sententiæ pars fra-
num est arrogantia, quæ titillabat miseros Apostolos propter
desertas scaphas et retia: posterior stimulum modestiæ et ala-
critatis, ne si vel incepto stadio tumidi meritorum opinione
currant, vel ignavi in medio cursu deficiant, de primis ultimi
fiant, hoc est, deo vel superbia vel ignavia poenas luant.
Et videtur ab Athletis sumpta Metaphora, quia nisi recto cursu
ad metam contendant, à subsequentibus antevertuntur nec bra-
veum accipiunt. Summa est cum conditione sint primi, vi-
tandam esse ambitionem et ignaviam, quia utrague homines,
quancumque tandem sint vel esse videantur, deo faciat dete-
stabilis: contra sectandam esse humilitatem et strenuè la-
borandum, sed laborum fiduciã non nitendum: quia humiles
deus extollat, et de ultimis primos conditione faciat. Congruè
ergo

ergo paradoxon ad sententiam Petri: Modestia este intus
ornati; nam deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.
Scopus parabole etiam non est aliud. Et si n. si circumstantias
minutim quis urgeat, varia elici possunt: tamen praecipue ad
illustrandum paradoxum illud à Christo subijci parabolam
non modo docet particula causalis quae quae superioribus atteri-
tur parabola; sed etiam clausula subjectiva. sic ultimi erunt.
Multi enim vocati, pauci electi. Tantum igitur circumstan-
tia illa ad scopum eliciendum faciunt, quae docent, quomodo
primi fiant ultimi, et ultimi primi, id est conditione et coram
deo. Reliquae vel minus principales sunt, vel etiam, si urgeas, ali-
ene à scopo. Principales sunt, quod multi operarii indebitè vo-
cati in vineam ex his alii primi, alii ultimi: nec ad ultimos
pertinent. imprimis prerogativa conditionis multiplex: tempus
longum, pactum denarii, labor multus; sed et inter laborandum
fastus, meritorum fiducia, aliorum contemptus, nullam gratiam
desideriam. Nihil horum in ultimis, non longum tempus,
non pactum, non labor multus, sed nec meriti opinio, nec
debita mercedis fiducia, tantum gratiam indebitam expectatio. Quid
fit, vesperam factam primi sistuntur ultimi, in despectum neg-
accipiunt presumentum meritum. ultimi contra sistuntur pri-
mi in gloriam, et accipiunt non presumentam gratiam. Istae
tamen iniustitiae nulla; hic gratia indebita.
Haec circumstantiae pertinent ad scopum: cuius haud dubie
haec thesis est. A deo omnes indebitè vocari ad salutem:
A solos ultimos, hoc est, indignissimos peccatores fide ad dei
misericordiam venientes, fieri primos, hoc est, recipi in-
gratiam propter mediatorem et servari: hypocritas superbos
tametsi primi esse et deum sibi tenè obstrictum habere

videantur, justè rejici. Hæc thesina quomodo etiam subiecta
requirit: Multi n. vocati, pauci electi. Neq. n. asperior is,
qui putant irrepitiam esse: cum scopo optimè congruat,
et in exemplaribus probatis omnibus legatur. Scopus sic consti-
tuto, de circumstantiis aliis nihil attinet disputare, quod et
Chrysostomus prudenter annotavit. In parabola, inquit, de
hæc ipsa parabola loquens, non oportet nimiam in singulis ver-
bis curam peragere: sed cum quid per parabolam Dominus intendit
didicerimus, unde utilitate collecta nihil ulterius anxio conati
est investigandum. Hæc ille. Sunt aliqua, unde theses ad sca-
pam et aradaxiar fidei congruenter elicias. Patrifamilias
est vinea Dominus: querit et vocat operarios, cultores vineæ
manè, meridiè, vespere; otiosos in foro stantes: est justus datus
mercedem promissam: est bonus, donans mercedem indebi-
tam. Hæc fidei aradaxiar et utiliter ad Ecclesiam doctrinam
transferri possunt. Sunt alia, quæ nemo, nisi temerariè
vel impie urgere auserit. Si urgeas pactum denarium, æqua-
lem denarij distributionem, ordinem inversum, murmurum ali-
quorum: vides, quid sequatur? Deum cum aliquibus tantum
pactum esse: vitam æternam aliis meritum aliis gratuitum
donum esse; aliis debitè, aliis gratuito dari: parem fore
piorum in coeli gloriam. De quo tamen video etiam
doctissimos dissentire. Vel certe hypocritas pariter cum
piis æternam gloriam donandos: primò vocatos ultimo co-
ronandos: murmur adversus judicem futurum; mur-
muratores etiam accepturos vitam æternam: vel saltem
aliquos ex fidelibus murmuraburos. Has ergo circumstantias
tanquam ad scopum non pertinentes, sed parabola humanè
servientes cum Chrysostomo hæc mittendas judicio. At quorsum
fit pacti mentio? Ut ostendatur Domini justitia, dantis
denarium primis non minus, nec plus ex pacto: et bonitas
donantis

161
donantur denarium ultimum ex gratia, sine pacto. Quid vero dena-
rius? Parabola servit non scopo. Si vita aeterna est, accipiunt
hanc murrumatores non minus quam pii, quod scriptura non est
ἀράδοξος. Quod si dicant non denarium, sed denarium gratuitum
vitam aeternam notare? Denarium n. gratuitum soli accipi-
unt ultimi et qui ad hos pertinent. Hypocrite non denarium
gratuitum, sed denarium pacti et quidem ab irato domino acci-
piunt. Hanc ergo nisi vespera prohiberet, omnis generis bona,
spiritualia et temporalia, sed nunquam salutaria hypocritis
significare dicerem. Habes, Amice Optime, quid sentiam de
hac parabola, de qua necessarium iudico mentem servatoris
intelligere: piis, de circumstantiis non ἀκριβολογῆν, quod
multi veteres sunt conati. Si denarius, qui datus est primis, nos
tenet sollicitos, coniciamus eum in lampadas stultarum vir-
ginum, quo a nundinatoribus indulgentiarum oleum edimant.
Vale - 16. Martij. 1589.

Epistola Parei.

111/
Viro Clarissimo D. JACOBO MONAVIO
Salutem. Ad ternas tuas, Vir Clarissime, Amice honorande,
quas ante nundinas verae benevolentiae ac humanitatis plenas
accepi, quid unas et serio satis repono, da quos occupationibus
meis, quae me mihi morem gerere, non semper sinunt. Si enim
beato illo tuo otio fruere, utique certarem tecum. Decurri alte-
rum aurea scala salutis gradum, qui est de Baptismo, non
sine magno labore, ut iudicabunt, qui iudicare possunt. Exemplar
suum ad te per Constantinam misi. An ergo Amicis satisfac-
faciam, libere ostende. Coeteris n. fallitur, qui satisfacturam
se sperat. Vix potero pergere in his negotiorum vicis, quae
undique objiciuntur, etiam ex aula, quam vicini Principes
varie tentant, pulsantque. Opt. Electoris fidem, sequamur eam
ratione.